

**Disp. de sale, nitro, et alumine quam ex publicis praecipue dissertationibus
... / H. Conringii ... concinnatam eodem praeside publice defendet H.
Jordanus ... MDCXXXIX.**

Contributors

Jordan, Hieronymus, active 1639-1650.
Conring, Hermann, 1606-1681.
Jordanus, H.

Publication/Creation

Helmstedt : H. Muller, 1672.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/rcrzcn6h>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>


L. XVI. Alu

21

82 JORDANUS (Hieronymus) DISPUTATIO DE SALE, NITRO ET
ALUMINE. Sm. 4to. Only edition. Wrapper. £2 0 0

Henning Muller: Helmestadt 1672

** Waring, 220, 637, 687. This is the earliest book on alum quoted by Waring.
Not in Biog. Univ., Ferguson, Bib. Chem., Bolton, Brunet or Watt.



44131 24

DISPUTATIO
DE
S A L E , N I T R O ,
E T A L U M I N E
Q V A M

Ex publicis præcipuè dissertationibus

*Viri Clarissimi, Excellentissimi & Ex-
perientissimi*

HERMANNI CONRINGII
PHILOSOPHIÆ AC MED. DOCTO-
RIS, HUJUSQUE PROFESSO-
RIS PUBL.

CONCINNATAM EODEM PRÆSIDE
Publicè defendet

HIERONYMUS JORDANUS
BRUNSVICENSIS.

Habebitur prid. Kal. Sept. Anno C I C I C XXXIX.

In Auditorio Medicorum

ae (o) 20

HELMESTADI,

Typis HENNINGI MULLERI Acad. Typogr.
Anno C I C I C LXXII,

Jordanus
44131
967
S. 1

Dicitur atque

• O R I G I N A L E

• M. C. • 1813
• 1813

ПОДИЛІСЬ СОНЯЧНІ
ОТВОРЫ ВІДОМІ ВІД

ІСТОРІЇ АЗІАТИЧНОЇ
ІСТОРІЇ

ВІДОМІ ПІД НАЗВОЮ МАКІУЛІ

ІСТОРІЯ ПІД НАЗВОЮ

THESIS I.

ORPORA mista inanimata quædam vel aquâ vel oleo possunt solvi, quædam non possunt. Non enim lapides, non aurum, argentum, ferrum ac similia ab aquâ vel oleo vulgari dissolvuntur: patiuntur id tamen ab aquâ quidem sal, nitrum, alum, chalcanthum, chalcitis, misy, sory, melanteria; ab oleo verd, sulphur, bitumen, succinum, & nonnulla alia.

II. Quibus omnibus commune nomen sequior ætas (fortè Alberto Magno autore) imposuit, *media mineralia* nuncupantes. Voce antiquioribus Græcis Latinisque scriptoribus ignoratâ; minus etiam fortasse commodâ. Cum enim mineralia sint quæ $\mu\epsilon\lambda\alpha\eta\alpha$ aut $\mu\epsilon\lambda\alpha\omega\eta\alpha$ priscis nuncupantur, eò quod aut ex metallis ac terræ scrobibus vel ipsamet sint eruta, vel ex erutis illis sive naturæ sponte sive industriâ artificum confecta: horum nonnulla, ut sal, nitrum, bitumen, alum, non ex aquis minus confiunt quam eruuntur ex terris; nonnulla, ut succinum, ambra, vix ullibi interris nascuntur vel ex terrâ natis præparantur. Utque omnia hæc vera metallica sint, non tamen fortè ratio nulla est, quur media dici debeant, quasi aurum, argentum, æs, plumbum, ferrum, majori jure metallica sint corpora nominanda. Namque etiam id contra veterum morem fieri certum est; sique spectetur compositionis natura, nonnulla horum æquè multiplici varietate constant atque illa.

III. Recentiores Chymici, quæ aquâ solvuntur, salium nomine solent appellare: quæ oleo, sulphuris.

Non ferendâ facile insaniâ. Quum loquendi consuetudo idipsum non ferat; nec ulla necessitas exigat; nec inde utilitas quæpiam rei literariæ aut usui communis obveniat. Dementia autem est, vocum significations invertere sine caussâ, saltim quo apud rude vulgus sapientiæ opinionem reperias. Quod Chymicis nostris post Paracelsum nimis quam familiare est.

IV. Haud paulò rectius Georgius Agricola omnia isthæc, quæ eo quo diximus modo, solvuntur succos vocavit, partim liquidos partim concretos. Quare & nos illum imitabimur. Nunc tamen de sale, nitro & alumine dicturi tantum, quæ naturæ vicinitas conjungit: quid sint, potissimum autem quem fructum in sanitatem humani corporis medici inde queant capere.

V. Initium autem meritò à SALE facimus: quod alterius cujusdam succi usus temerè tam frequens sit nullus. Illum verò aut gignit natura, aut ars parat.

VI. Quem natura generat, ille vel in terrâ, vel in aquis suapte sponte concrescit. Namque & cæditur in montibus, eque campis aut factis specubus aut remotis tantum quibus tegitur arenis effoditur: & in fontibus, in flaviis, in lacubus, ad mare nativus inventitur. Ille sive ex montibus sive ex campis proveniat fossilis: hic pro natalis loci diversitate, *lacustris*, *marinus*, *fluvialis*, veteribus nuncupatur.

VII. Fuerunt autem olim montes salis illustres pluribus locis; hodiè longè plures per orbem terrarum innotuerunt. Quos recensere hujus instituti non est. Illustris autem in primis olim in Indis *Oromenus*, in quo lapicidinarum modo sal renascens olim cæsus, majore ex eo regum vedigali, quam ex auro atq; margaritis, quod Plinius prodidit l. 31. cap. 7. Qui forte is est, qui in Ormuz insulâ Indis vicinâ reperitur, optimi salis fertilissimus;

simus adeò, ut tota insula eo constare videatur, quod
scribunt recentiores multi. Certè nomen non abludit.
Marcus Cato, ut refert Aulus Gellius l. 2. no 8. Att. cap. 22.
scriptum reliquit: *In Hispaniae Alpibus circa Iberum,*
montem ex sale mero esse, ex quo quantum demptum fuerit,
tantum iterum ad crescere. Quem locum fortè Plinius
indicavit: *In Hispania* (inquiens) quoq; citeriore Egelaſtæ
cæditur sal, glebis penetrans lucentibus, cui jam pridem pal-
ma à plerisq; medicis inter omnia salis genera perhibetur.
Refert autem & Joannes Gerundius l. 1. Paralipom. Hisp.
hodièque in comitatu Cardonæ Hispaniae Tarraco-
nensis montem esse sale plenum succrescente semper
novo, eâ copiâ, ut quantum ad usum requiritur vici-
nis regionibus præstet. Nunc etiam sal, scribente Ge-
orgio Agr. l. 3 de nat. fossil. cæditur copiosus in Carpato
monte, quâ parte eum Sibenburgii Ceculig; incolunt, Salze-
burgi, Torrenburgi, Aderbellæ: Cæditur in Germaniâ pri-
ma juxta Thusam oppidum. Salis etiam mons est juxta
Seburgum & lacum salsum, & aliis altissimus, Joanne
Wigando teste, Halæ ad Oenum. Ut & Germaniæ me-
diæ suus sal fossilis montanus esse possit, modò facticii
copia à cædendi impensis incolas non arceret:

IlX. Inter campos autem salis fossilis feraces
nobilitari olim præ aliis Cyrenaici tractus per Afri-
cæ sitientia, usque ad Ammonis oraculum, remotis
arenis in vento sale candido maximè & pellucido, Am-
moniaco appellato, sive quia sub arenis inveniatur, quod
Plinius scribit, sive à loco natali oraculo Jovis Ammo-
nis claro, quod malunt alii. Videtur autem & vicina
regio eodem modo fuisse salis ferax. *Invenit enim* &
juxta Pelusum Ptolomæus rex cum castra faceret. Eoq;
exempli postea inter Ægyptum & Arabiam, etiam squa-
lentibus locis, cæptus est inveniri, detractis arenis; quæ

Plinius scribit. Ejus verò portio fortè est, certè illi vicina fuit vallis salis, cuius 2. Regum cap. 8. & Paralipomen. l. 1. cap. 18. fit mentio. Non enim est mare mortuum, quod videtur Epiphanius scribere hæresi xix. & nunc nonnulli sentiunt Geographorum, utpote quæ Davidis tempore vallis fuerit non mare. Ne quidem juxta illud mare videtur fuisse, sed in Idumæâ potius ubi Idumæi profligati: quod etiam Claudius Salmasius Exercitat. Piinianar. pag. 614. annotavit. Arabia quoque ipsa ad eum modum salis ferax fuit, ut Posidonius testatur apud Strabonem: quo illa Plinii pertinent. Carrhis Arabiæ oppido muros domosq; maßis salis faciunt, aquâ ferruminantes. Claruit porrò olim & Cappadocia salis campis: unde sal effossus eroceus, translucens & odoratissimus specularium lapidum modo quod itidem Plinius scribit.

IX. Quamvis verò olim Ammoniacus in primis sal medicis fuerit expertus, Dioscoride teste l. 5. cap. 126. hodiè tamen officinæ medicæ isthac carent. Quem enim à chymicis inventum vulgò ita nuncupamus, facticum quid est ex urinæ humanæ, salis communis, fuliginis, aut calcis vivæ variis portionibus compositum. Cujus faciendi rationem unam describit Andreas Cæsalp. l. 1. de metall. c. 209. multas alias recitat Matthias Unzerus l. de sale c. 16. Nec tām in medicum usum potest cedere, ob nimiam vim, quam metallurgicum. Unde & ab illis artificibus est inventus ad aquarum quas fortes vocant compositionem, quibus metalla separantur, ad metalla quoque ipsa in sublime tollenda. Certè ut ad affectus externos in gangrænis inveniat locum, utque non incommodè mistus sit aquæ cæruleæ chirurgorum, quæ ita appellatur, non sine periculo exhiberi potest ægrotantibus

tantibus corporibus. Chymici tamen nonnulli eum
non dubitant laudare inter *Αρμενία*, temerario sa-
nè conatu, quum eorum aliàs nobis sit affatim.

X. Affinis Ammoniaco veterum sali est qui
Serapioni c. 403. *simpl.* Huxader, ejusque interpreti Si-
moni Genuensi sal Armeniacus appellatur. Neque e-
nim ullo indicio licet colligere, illum salem Serapio-
ni creditum esse genuinum Ammoniacum. Ut proin-
de eo nomine sine causa vapulet Serapion à Matthio-
lo & aliis. Isaac Amramides apud Serapionem de Huxa-
der in hæc verba scribit: *Est sal albus & rubens & ex-
trabitur è lapidibus duris, clarus, & est sal mordicans
multum, & defertur ex Coraseni. Et sunt ei multi colores.
Nam ex eo est niger & pulverulentus, & albus sed pul-
verulentus, & albus clarus* (ita enim omnia sunt legen-
da, non ut vulgo sicut *crystallus*). Unde facile perspectu-
est salem fossilem aliquem describi coloris varii non in
Africâ sed in **Asiâ** alicubi nascentem. Nisi ex Corase-
na quæ Baetriana veterum est, fuerit delatus, possit
videri hic sal esse Cappadocius antiquorum. Ille e-
nim est & Armeniacus olim dictus. Neophytus Mo-
nachus, quem in alio negotio laudat testem Salma-
sius, p. 1154. *Exercitat. Plinianar. ἀλατοκαππαδοκινός τὸ
Αρμενίον.* Nempe Cappadocia olim duobus locis fodie-
bat salem, altero in Ximenâ regione, altero ad Colu-
penam & Camisenam oppida Armeniæ minori vici-
na. Unde ob propinquitatem procul dubio, quodque
ab Armenis divenderetur, Armeniacus dictus est quem
ferebat Cappadocia. Color quoque Cappadocei sa-
lis non multum absimilis Huxader Serapionis. Pli-
nius: *in Cappadociâ croceus effoditur translucidus.* Eo-
dem quoq; Plinio teste Cappadocius cæsus est *specula-
rium lapidum modo.* Verius autem est Huxader non
esse

esse Armeniā (quod vulgo creditur) sed Corasenā oriundum, Græcis Latinisque antiquis ignotum fossilem salem, quemque postera demum ætas invenerit. Prodidérat tamen jam olim Plinius: *In Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Arios, sale aestuant.* item: *Apud Bactros amnis Ochus & Oxus ex appositis montibus deferunt salis ramenta.* Unde patet jam tum cognitos montes salis in Bactris, etsi non cæsos. Colorem Bactriani salis quoque Plinius memoravit: *Ruffus circa Oxum, inquiens.* Ruffus autem est ex parte Huxader. Quo liquet malè ab interprete Huxader appellatum Armoniacum salem, qui debuisset verti Bactrianus aut Corasenicus. Non desunt qui ex camelorum urinis factum olim Armeniacum scribere non dubitant. At talis Armeniaci salis nullus meminit scriptorum sive Græcorum sive Latinorum veterum, sive postremò Arabum. Audivimus etiam Armeniacum esse Cappadocicum salem; ille vero fuit fossilius non factius.

XI. Quamvis vero hodie & Ammoniacus verus, & Armeniacus, & Bactrianus ad nos non devehantur, in campis tamen suis copiosè salem effodit hodie vicina Polonia, tribus in locis: primo ad secundum lapidem à Cracoviâ nuper invento: altero ad Veliscum oppidum: tertio circa Bochniam: quam fodinam Bolissao rege Anno 1251. jam cœpisse scribit Joannes Wigandus. Stasphurdi quoque in Saxonibus salem effodi posse arbitratur Agricola lib. 3. foſſil. quod aestivo tempore campi sale videantur aspersi, semperq; effluant salsa. Quam suspicionem nec affirmare nunc volumus nec destruere. Calabria quoque Italiæ provincia salem nobilissimum lapidum modo cædit, non ex campis tamensed montium specubus. Sicilia item fossilem salem præbet copiosè satis partim in

in Agrigentino igne solubilem: partim ad Pelorum violacei coloris: partim ad Centuripem Aetnæ purpureum: partim ad Pachynum pellucidum. Quod memorat praeter alios Andreas Baccius, *l. 5. de therm. cap. 4.* Scripserat autem idem jam ante ex parte Solinus *c. 6.* Quem tamen eo nomine non dubitat Salmasius mendaciorum postulare, pag. 116. Immerito tamen nisi valde fallor. Quod enim scribit imposuisse Solinum hominibus, circa Agrigentum esse salis montes, id verò ille imponit Solino. Hic enim non dixerat esse ibi cautes salis, sed cædi ibi sales, qui fungantur cautiū ministerio, *quod illinc excudantur signa ad facies hominum vel deorum.* Cautis scilicet Solino ibi lapidem notat. Nec profecto verum est, Ennam carere salinis, quum hodièque teste Andreâ Baccio mons ipse *vastis simis salis fodinis undique sit præruptus ac permultis scateat fontibus aut puteis salis.* Mirum verò etiam Aetnæ salem negare ausum Salmasium, eo quod Vitruvius scribat partem Himeræ fluminis quæ contra Aetnam profluit dulcem esse, ideo quod per terræ dulcem succum percurrat: Quasi non alibi circa Aetnam possit terra dulcis, alibi falsa esse.

XII. *Aliud genus* (verba Plinii sunt) *ex aquis maris sponte gignitur spumâ in extremis littoribus ac scopulis relidâ: hic omnis rore densatur, & est acrior qui in scopulis invenitur.* Ex quibus verbis liquet signari ab illo quod Dioscoridi *ἀλὸς ἄχυν* appellatur: non sincerus quidam sal sed maris salsa spuma sponte exsiccata. Quam scilicet spumam salis juniores medici vocant, obscurâ tamen & dubiâ appellatione. Quapropter nec per marinum salem Dioscorides spumam hanc intellexit, ut nec Galenus, sed qui aqua maris in salinis provenit, uti Galenus loquitur, *l. 9. simpl. voce ἀλες,* *Quod notasse*

notasse operæ est pretiūm, quò sciatur quid marini
salis nomine antiquis veniat. Cæterum aliam $\alpha\lambda\delta\kappa$
 $\alpha\chi\omega$ videtur describere Galenus *l. xi. simpl.* inquiens:
Spumosa est salis efflorescentia multo tenuioris substantiæ
quam sal ipse. Videtur scilicet indicare florem salis
à Plinio appellatum. Quod jam annotaverat Cæsal-
pinus *l. I. de metall. c. 17.*

XIII. Lacus qui aut toti aut medii aut circa extremitates ultrò abeunt in salem, memorantur à Plinio Tarentinus in Italis: in Siciliâ Cocanicus & aliis juxta Gelam: alii in Phrygiâ & Cappadociâ sine nomine: Aspendi aliis qui lacus est Pamphyliæ: in Baetris item duo vasti: nec non aliis ad Cittium in Cypro, aliis circa Memphis sale æstuantes: in Africâ plures salem ferentes. Dicitur autem Phrygius ille lacus Tatta Strabone teste *l. 12.* Ut apud Plinium, ubi scribit laudari maximè inter lacustres Phrygium qui Tartæus vocatur, legendum sit Tattæus, , in Dioscoride item *l. 5. c. 85.* illa: *validissimus est Phrygium nomine Tapeus, aut Tritæus aut Gantæus,* quæ ex Aldinâ editione retinuit Ruellius, partim forte expungenda sint, partim legenda: *nomine Tattæus.* Quod factum est à Sarraceno , diligentissimo Dioscordis interprete. Cæterum præter illos à Plinio laudatos celebravit Galenus *l. II. simpl.* Tragaseum non longè a Sminthio, & Sodomenum. Namque & Asphaltiten lacum Judææ sponte suâ salis multum præbuisse, subamari tamen quo accolæ sint usi, idem libro etiam quarto cap. 20. prolixè narrat. Id quod infinitæ lectionis virum Claudium Salmasium fugisse mirum equidem, certum tamen est. Neque enim negâsset pag. 614. Plinianar. Exercitat. stagnum illud salsum esse eo quod salis nihil habeat, sed totum bitumine constet,
adeo-

ādeoq; à sterilitate dictum olim id *Hebræis mare salis.*
Unde coactus est affirmare mare salis esse idem quod
mare sterile ac mortuum. Qualem loquendi ratio-
nem nescio an temerè quis audierit. Qum contra
ut mons salis est quisalem gignit, sic vulgo scriptori-
bus stagnum aut lacus salis notet lacum qui itidem
salem generat suapte sponte. Sunt autem præter anti-
quis laudatos illos lacus etiam hodie nonnullis sale
nativo fœcundi. Multi in Africâ Barbaricâ teste Joan-
ne Leone. l. 9. unus insignis in desertis Podoliæ ad Bo-
rystenem locis, quod memorat Thuanus l. 56. *historiæ:*
in Russiâ Kazibeius: imò in Narbonensi provinciâ Mar-
filettus, quod prodit Joannes Bodinus l. 2. *theatri naturæ.*

XIV. Flumina salis nativi à Plinio produntur
alia ad Caspias Portas, alia circa Mardos & Armenios,
duo in Baetris, Ochus & Oxus, quæ ex Theophrasto vi-
detur transtulisse. Cornelius Tacitus l. XIII. *Annal.* Ea-
dem estate inter Hermunduros Cattosq; certatum magno
prælio, dum flumen gignendo sali fœcundum & contermi-
num vitrabunt. At ille abutitur voce gignendi: non de
flumine nativi salis loquens, sed quod arti præbeat ma-
teriam, ut ex iis quæ non multo post addit appareat. Nec
verò in Germaniâ flumen ullum est nativi salis. Imò nec
falsum quidem flumen hodiè superest quod Hermun-
duri Cattisq; potuerit conterminum esse, undeque sal
possit excoqui. Quare multi verba Taciti de fonte quo-
dam salso accipiunt, atque illo quidem qui Halis Saxo-
nicis celebratur. Sed illos erroris facile coarguit,
quod Cattitum vixerint trans Thuringicam Sylvam
quæ Bacenis Cæsari est, hoc est in Franconiâ, Her-
munduri usque ad Danubium ab Albis seu Egiæ po-
tius fonte usque: (quod alibi probatur) quæ terræ
procul ab Hallis sunt Saxonici. An certamen for-

tè fuit de eâ scaturigine salsa quæ in Elbogano est? cuius Agricola meminit hisce verbis: *l. 3. fossil. in Elbogano prope Sehonbachum palustris scaturigo per exigua de sale canescit aestivo tempore.* Quæ olim forte fluminis justi nomen potuit mereri.

XV. Verùm hæc obiter atque ex occasione. Factitii verò salis varia itidem sunt genera, differentiis partim à materiâ unde paratur, partim à parandi modo ortis pluribus. Quorum quæ priscis usitata quædam etiam nunc retinentur, quædam abolita: aliâ noviter inventa sunt. Præbet autem materiam hanc aut aqua, aut terra, aut sal aliquod impurius, aut denique & plantarum quarundam cinis. Aqua verò aut sponte salsa, ut marina, fontana, fluviatilis, putealis: aut quam salsam ars reddidit vel casus.

XVI. Paraverunt autem olim hodièque parant plurimum vulgo salem ex marinâ aquâ maris acolæ. Ex puteis item, fluviis, fontibus salmis salem conficere & olim & nunc usitatum est. *Quin & è muria salsamentorum recoquitur*, inquit Plinius, *iterumque ad naturam suam reddit.* Sed id hodiè minus usitatum. Ex lixiviis tamen certis paratur hodièque sal, sed non tam frequenter, nec in usum communem. Avorum memoriâ frequens Oceano finitimis populis salem ex terrâ salsa excoquere. Quem modum hisce verbis narrat Levinus Lemnius Zirizæus Zelandus *l. 3. occ. nat. c. 9.* *Majores nostri olim salem confecerunt uberrimo sanè questu, non ex aquâ marinâ solis ardore in salem concretâ atq; induratâ, quale ex Hispaniis & Galliis ad nos perfertur, sed ex maritimis glebis exustis, atque in cinerem redactis, quem infusâ aquâ minutatim in salem reducebant splendidum ac nitente m.* Nec alio salis genere tota Belgica ad nostram usq; memoriam usa est. Quod & Norwegianos fecis-

fecisse testis est Olaus Magnus. Quando primum hoc inventum, ignoratur. Certè apud antiquos nulla hujus memoria exstat. Nunc verò desit fere , affatim suppetente melioris salis copiâ.

XVII. Recentissimo invento cœpit in Belgio sal impurior denuò excoqui cum aquâ marinâ in melius: quam rationem videtur ipsem Georg. Agricola ignorasse, ut qui illum non describat vel in opere de naturâ fossil. vel eo quod de re metallicâ inscribitur. Est autem hodiè Hollandis Zelandisq; in primis in usu. Advectum siquidem ex Hispaniis & Galliis, imò Indisq; usq; & marinum & fossilem salem nigrum sordidumq; (Boysalz Germanis dictum) aquâ marinâ assusâ in niveum candorem excoquunt, centum libris sordidi, centum quadraginta optimi reddentibus, maximo artificū quæstu.

XIX. Ex plantarum cineribus salem conficere, rarum quidem olim, non prorsus ignotum tamen. Duo bus verò modis : aut scilicet ex cineribus falsis, aut ad mistâ aquâ salsâ. Ad priorem pertinent illa Plinii : *Apud Theophrastum invenio Umbrios harundinis & junci cinerem decoquere aquâ solitos, donec exiguum supererset humoris.* Quorum sensus perobscurus est: Non enim hinc quis discat parandi modum. Exprimit autem illum haud paulò clarius Aristoteles, l. 2. Meteor. c. 3. *Tale quid fit & in Umbris : Est enim quidam locus, in quo crescit arundo & juncus. Hos igitur comburunt & cinerem immittentes in aquam decoquunt.* Cum autem demiserint aliquam partem aquæ, hæc infrigidata salis fit multitudo. Per deoctionem scilicet quasi lixivium primò redditum : deinde ejus portio aëri frigido exposita concrescit in salem. De illâ porrò ratione parandi salis nullum testimonium superest aliud. Altera usitator. *Galliae Germaniæq;*, ait Plinius, *ardentibus lignis aquam salam infun-*

Infundunt. Hispaniæ quadam sui parte è puteis hauriunt: muriam appellant: & illi quidem etiam lignum re ferre arbitrentur. (sic enim legendum, ut sensus sit: non quodvis lignum adhiberi solitum) *Quercus* optima, ut quæ per se cinereo vim salis reddat: alibi *corylus* laudatur. Ita in fuso liquore salso carbo etiam in salem vertitur. *Quicunq; ligno confit sal, niger est.* Unde discere est Germaniis Galliisq; & parti Hispaniæ olim id usitatum. Meminit verò ejus & Tacitus, l. 13. *Annal.* ubi de Hermundurorum Cattorumq; bello agit: *Illis silvis salem provenire, non ut alias apud gentes eluvie maris arescente undā, sed super ardente arborum struem fusā, contrariis inter se elementis igne atque aquis concreta.* Depingit quoque modum hunc Agricola l. 12. *de re metallicā.* Desiit verò jam dudum posterior ratio quantum appareat. Dubio procul nimiis fordibus usum impedientibus: quibus & fuligo & ipsi cineres salem conspurcāunt. Desiit quoque & prior ratio salem conficiendi, in usum vietus sanè. Neque enim quis populus ex cineribus plantarum in cibi condimentum salem nunc præparat. Instituerunt verò jam à multis seculis chymici ex Kali herbâ, quæ Halimus veterum est, ut rectè probat Salmasius p. 1097. salem conficere, figendo mercurio suo, & mutando argento in aurum, uti credunt, utilem. Quando & ipsa herba chymicis Græcis Εἵμος βάσις & ιερὸς κλαδὸς audit. Nunc tamen cineres ejus magis expetuntur à vitrariis. Quarum præparatio in primis à Rauwolfio describitur p. 1. c. 2. hodæporici sui. In locum veri salis Alkali à chymicis substituto artificio quodam: quem tamen nec itidem uno omnes modo conficiunt, ut liquet cum ex aliis tum ex Matthiæ Unzeri l. de sale c. 17. Eorundem chymicorum, posteaquam in artem medicam

genomias conatibus intermissis nonnulli eorum cœperunt involare, recentius inventum est, ex omnium plantarum cineribus lixivio confecto salem producere, in rei medicæ commodum. Non enim ejus memoria vetusest, nec alibi quām apud chymicos temerè reperitur. Patrum memoriâ cœpit & sine adminiculo ustionis ex plantarum succis expressis parari nonnihil, quod primus ejus proditor Beguinus *l. 2. c. 17. tyrocin. salem essentialem* appellat. Saltamen sincerus non est, utpote quodd multum habeat admistum terrei aquei & oleosi, nec ad modum veri salis aquā solvatur, adeoque non malè ab Angelo Salâ dictum est *Herbarum tartarus*. Ita chymicorum industriâ, quod in victus condimentum ex plantis parcè paraverunt veteres, in medicinæ utilitatem copiosissimè in medio propositum est. At idem quando ex metallis, lapidibus, omnibusque in universum animalium partibus verum salem elicere sunt conati, & se & alios egregiè deceperunt. Quod aliàs demonstratum hîc exponere necessum non est.

XIX. Quantumvis verò tanta sit factitii salis copia, non desunt tamen qui arte nullum salem produci verè arbitrantur, sed elici tantum quum jam antea existeret sal aliis rebus quasi latebris absconditus. Ita in aquis falsis jam ante esse salem, sapore prodi. In plantis quoque (licet lingua non doceat integris inesse) colligi hinc tamen quod aliàs nulla sit causa quæ possit illum producere. Neque enim ab ustione esse, utpote quum & sine ustione salem expressi succi exhibeant. Verum enim vero si sal demum est corpus salsum siccum aquā solubile, utique nec aquæ falsæ salem actu continent, sed potentiam tantum. Ptoximâ tamen, utpote quum sal exsiccatione ex aquis falsis statim

statim confiat. Nempe quemadmodum glacies non est aqua amplius, ita nec sal aquâ solutus merus sal est. Ex plantis verò non salsis & magis producitur sal. Non tantum enim illæ salem reapse non habent autactu, sed ne quidem salsuginem. Certè esse ibi salsuginem, gustui repugnat, qui nihil tale observat. *Quid verò certius ipsis sensibus esse queat?* Nequeat verò gustus iudicio obstat illud, quod lingua non deprehendat salsuginem, si parum salis in liquorem aliquem insipidum conjiciatur. Nam neque tum manet falsedo, sed admistione insipidi illius in alium saporem falsedo degenerat. Quomodo ex nigro & albo fit tertium quid non autem quale ante mistionem erat. Quæ verò caussa efficiat salem mox patebit.

XX. Ratio verò quuir multi salem verè confici negent, est quod idem omnem generationem è medio tollant. Nihil enim generari sed separari tantum. Quid error alibi confutatur. Salem verò etiam nativum, qui ante non erat, nasci, indicat profectò æterna illa maris fontiumque plurimorum saltedo, quæ neque tempore neque perpetuo abusum imminuitur. De fossili quoque sale idem planè constat. Oromenus cœditur *renascens*: Ammoniacus crescit cum lunâ noctibus, quod Plinius scribit. Mons quoque ille Hispaniæ Tarragonensis sale fossili fertilis licet maximè à sale suo evacuatus fuerit, subinde tamen succrescente novo sale rursus augetur latiusq; in altum surgit. Quæ verba sunt Johannis Gerundii. Quod jam ante memoraverat M. Cato apud Gellium. Quantum scilicet demptum fuerit tantum iterum ad crescere. Petrus quoque Petreius testis est parte 1. Histor. Moscoviticæ, ad Astracanum Tartariæ, salis montes immensæ magnitudinis reperi, unde quod major salis moles detruncatur, eo major semper illius

illius portio renascitur. Quo simul tollitur miraculi opinio de statuâ illâ salis in quam mutata olim Lothi uxori. Scribit enim S. Irenæus l. 4. c. 51. dum s̄epe auferuntur ab eâ membra integra, perseverat statua salis. Recentiores nonnulli idem narrant hodieque fieri, sed miraculo quodam. Quum tamen hoc ferè montibus salis omnibus commune sit. De lacustri denique sale quem Cappadocia mittit, inquit Plinius: *Aliud in eo mirabile, quod tantundem noctu subvenit, quantum die auferas.*

XXI. Quin itaque sal nascatur, qui ante non erat, nullum dubium habet. Potius docendum, quæ caussa illum efficiat, quæ illius materies. Atque Aristoteles quidem cùm alibi haud semel tūm l. 2. meteор: c. 3. effici salsuginem & salem omnem à calore adurente, manifestè afferit. Cujus sententiam plerique posteriorum sine ulteriore examine sunt sequuti. Recentiorum tamen haud pauci in dubium illam vocaverunt, argumento illo, quod multa urantur, nec tamen falsecant: multa falsecant, nec urantur. Cæterum observandum est, non loqui Aristotelem de uestione quæ flammâ fit; verum de illâ etiam qualis in corporibus nostris fit ab excessu nativi ignis. Salsuginem itaque aut salem nasci nullius adurentis caloris interventu, experientiæ adversatur. Neque verò illos juvant succi herbarum expressi, qui levi etiam coctione salsuginem contrahunt. Notandum enim est, omnem saporem in substantiâ quadam terrea atque adustâ hærere, quod jam olim Aristoteli est observatum. Itaque omnis planta sapida hujusmodi aliquâ constat sapidâ substantiâ, quæ pòst cum succo exprimitur. Illa verò ab admistis aliis quibus contemperabatur soluta fit salsa. Nempe omne quod sapidum proximè

est, humore solubile quid & siccum est: varios autem sapores accipit pro variâ contemperatione & mistione, ut tamen simplicissimus fortè saporum falsus sit. Quod alterius instituti est accuratè exponere. Quapropter succi plantarum sapidarum non de novo nanciscuntur substantiam illam terream solubilem, sed saporem tantum, ad quem producendum non magnus calor sed levis aliquis, qualis vel in putrefactiōne solet esse, postulatur. Itaque manet profectò, experimen-to haec tenus nullo compertum esse, produci salem posse nisi per calorem. Quòd verò dicunt, multa ūri, quæ neutiquam inde falsescant, id sanè levius est. Non enim qui dicit ustione fieri salēm, qualibet cuiuslibet rei ustione salēm gigni affirmat. Præter enim causam agentem & materies certa adsit necessum est. Non enim ex quolibet fit quodlibet. Approbat autem Aristotelis sententiam illud, quòd pleraque uita salsuginem contrahant: nulla autem falsedo de novo oriatur nisi ubi calor. Ad occultam certè agendi virtutem confugere necessum non est. Tum qui id faciunt, ii docendo nihil docent. Ergò & innati caloris vi verosimile est à sale salēm produci in montibus, non ab animâ quadam; utpote quum nihil generetur illic organicum, sed corpus similare. Anima autem organicorum est.

XXII. Materiam quoque salis observavit Aristotleles esse exhalationes siccas, hoc est, fumum aliquem. Docet autem & hoc experientia. Omnis enim sal quò purior est atque ab alienis admistis liberius, eò est levior, aut volatilior, ut chymici loquuntur hodie. Tum verò constat omne sal igneum quid comprehendere: Quod autem tale est, id leve est ac facilè ascendit sursum. Non mirum est itaque non omnia ustione falsescere: non enim omnia vel sicca sunt

sunt vel in sumum possunt ire. Terreum quid igitur
subtile (gravius tamen omni dulci, hoc enim levius
multo est,) materia est salis. Quale quid quum esse
non possit sine admisto igne, necessariò & hoc elemen-
tum requiritur. Porrò quum nulla exhalatio sicca
cohæreat sine humido, cogatur autem sal, itaque &
humidum quid adsit necesse est. Quo patet, rectè
dictum ab Aristotele l. 4. meteorologias c. 10. salem
terræ speciem esse. Quoniam nempe abundat in illo
præ aliis elementis terra. Ita enim accipiendus o-
mnino est Aristoteles. Ideoque & alibi scribit, *οἱ ἄλλες*
γῆς εἰσὶ μᾶλλον, quod terræ plus habeant quam aquæ.
Fatetur nempe & ille salem aquâ etiam constare. Ita-
que scđt. II. probl. 43. in humorem caussa cur crepi-
tet sal in ignem conjectus, refertur. Quin in mari-
no sale & oleum observavit idem sectione 23. proble-
mate 15. & 32. Opinandum itaque est terream ali-
quam partem quando sal efficitur à calore quid pati,
ut salsuginem contrahat illa. Illam enim in potentia
tale quid esse, calorem autem esse *δημιουργὸν*, ita ut ipse
insinuet se in salem. Omnis ergò sal habet *έμπνευστο-*
μα aliquod, quæ nempe est salsugo ipsam. Ulterius
docere quomodo salsugo fiat, forte superat ingenii
nostri vim: cuius meta h̄ic est observare, unde soleat
hoc aut illud fieri. *Beatam verò alteram illam futuram*
vitam: quæ docebit nos quomodo fiat ab exustione salsum!
ut exclamat Jul. Cæs. Scaliger exercit 51. ad Cardanum.

XXIII. Quanquam verò hæc ita se habeant,
possit tamen forte dubitari ille ipsâ salium concretione,
quâ isthæc virtute fiat. Plinius enim cum dixisset sa-
lem ~~o~~ninem aut fieri aut gigni: *utrumque, subdit, plu-*
ribus modis, sed causâ geminâ, coacto humore aut siccato.
Qui vulgò nunc Chymici audiunt Paracelso magistro,

negant salem à calore exsiccante concrescere: sed aliâ peculiari quadam vi insitâ. Quinimo non dubitant afferere omnem solidiorum corporum concretionem à salis illâ vi contingere. Non deest verò illis argumentum speciosum, quod nempe sal concrescat etiam in mediis aquis: lapides verò multum salis exhibeant. Verum enim verò ex siccato tantum humore salem concrescere, experientia & usus vulgaris docet. Tum inde patet, quoniam omnis sal solvitur humido. Contrariæ autem contrariorum caussæ cum sint, quæ frigore concrescent, solvuntur calore: quæ humore solvuntur, concrescent humoris defectu. Quod egregiè observavit & docuit Aristoteles. Neque verò Plinius exemplum protulerit coacti salis aliter quam per exsiccationem. Neque licet in mediis aquis concrescat sal, non concrescit exsiccatione vel calore. Observandum enim est omnem salem igneum quidquam participare, quod & supra dictum est. Itaque & in mediis aquis, quoad licet, vi in genitâ caloris exsiccatur corpus suum. Licet autem, si & humor stet quietus, isque nec multus sit nec valde tenuis. Quies enim efficit ne partes coëntes iterum disjiciantur. Paucus verò facilius vincitur. Crassior verò humor non ita facile in arctos meatus sese potest insinuare, adeoque non ita colliquare. Hinc salem qui coagulare in aquis conantur, humorē sale isto imbutum loco subterraneo frigido collocant, quo concretio facilior sit. Ita enim & quiescit humor, & crassior sit præfrigiditate. Quin & frigore suo ambiente accedit quasi salis igneam vim ~~de~~ avulsiā. Porrò concretionem omnem non fieri à sale, id verò alterius loci est ostendere.

XXIV. Cæterū quoniam concretio salis fit per exsiccationem, solutio autem ejusdem ab humiditate,

tate , non difficile est intelligere caussam ejus quod Plinius scribit : *salem copiosum aquilonis fatus gignere : austro non nasci.* Exsiccat enim aquilo , auster humet. Patet item quur salis coctores ut facilior sit concretio, injiciant ferventibus salinis aliquid bubuli sanguinis ac cerevisiae. Est enim in sanguine bubulo vis caloris magna , magna que exsicandi facultas: ut in omnibus coagulis ; quod Aristoteles jam olim observavit. Non minus liquet hinc quid sentiendum sit de illorum conatibus, qui artem aut profitentur aut invenire student cogendi sales ex aquâ salsâ , citra ignis ministerium. Quorum labores haec tenus quidem frustra fuisse, fatetur Matthias Unzerus *l. de sale c. xi*: possibile tamen id factu esse credit: argumento auri, argenti, ferri, cupri aliorumque quae humore soluta nonnullis adjectis sponte suâ coagulantur. Verum enim verò cum de essentiâ sit salis illius quo cibi condendi sunt, facile liquore dulci solvi, impossibile est salem eum coagulare citra exsiccationem. Fieret enim sal ille humore tali insolubilis, atque ita periret illud quo iste sal maximè commendatur. Nec argumentum ullius est ponderis. Neque enim de essentia metallorum illorum est solviliquore: immo quo metallata sunt puriora , eò minus solvuntur. Itaque adjectu rei alicujus effici quidem potest ut aurum non amplius solvatur aquâ regia, maneat tamen aurum. At effici non potest, ut in aquâ sal in condimentum utilis coëat, & nihilominus fit sal utilis.

X X V . Generatio itaque & concretio salis in hunc sepe modum habet. Differt autem sale à sal diversis qualitatibus , colore , sapore , odore , ac tactilibus differentiis. Alius scilicet est pellucidus, quem officinæ ab hac geminarum æmulatione salem gem-

Observante. *Pluviā dulcescit omnis: svarviorem tamen resfaciunt.* Cujus caussa est: quod quod siccior est sal, eò magis ab aqueâ aërea & oleosâ substantiâ est liber, à quibus falsèdō refringitur. *Pluviā itaque nativus* (de nativo enim loquitur omnino Plinius) *omnis dulcescit:* magis tamen roribus, quoniam pluvia & ros multum insipidæ aëreæ substantiæ habent & aquæ, quæ præ tenuitate in omnes salis particulas facile penetrant, atque ita falsediniis vim mitigant. Eadem de causâ & factitius, qui ex fontibus falsis aut aquâ marinâ vulgò apud nos exactius excoquitur, savor est fossili Sermatico. Amaricat autem Sodomenus. Galeno teste: sine dubio à bitumine usto admisto. Hoc enim amaricat & amarore aquas inficit. Quod sentiendum quoque videtur de sale illo amaro quem Alendolo Hispaniæ insula præbet, narrante Gerlandio c. 23. *de mineralibus.*

XXIX. Tactiles facultates quod attinet, multipliciter iis differunt sales. Primo enim sal sale gravior est. Ubi observandum quod de Ammoniaco sale scribit Plinius: *Insigne de eo proditur, quod levissimus intra specus suos, in lucem universam prolatus, vix credibili pondere ingravescat.* Est autem id commune omni sali fossili, quod latuit Plinium. Idem vero & causam hujus rei ignoravit. Inquit enim: *Causa evidens, cuniculorum spiritu madido sic adjuvante molientes, ut adjuvant aquæ.* Atqui cuniculos illos necesse est minimè spiritu madido plenos esse, ubi nempe sal in tantam potest duritiem concrescere. Ut vero sit ibi multus spiritus madidus, qui juvaverit ille molientes? Certè & aquæ impediunt molientes, nisi machinas tractorias moveant. Verior caussa est: latens adhuc in specubus suis sal siccior est & calidior, coque levior: at in auram produ-

productus madorem acquirit , unde gravitas. Eadem de causâ sal fossilis & solidus marino levior. Atque in universum siccissimus aut aëreus sal idem & levissimus.

XXX. Differt quoque sal à sale duritie ac fragilitate : crassitie item & tenuitate partium. Quod autem compactior duriorque sal est, ed & crassiorum erit partium: quod fragilior ed & tenuius communitur. Est autem durissimus fossilis, cùm propter exsiccationem insignem , tum verò quod succum quendam lapidescentem inbiberit. Plinius scribit: *Africacirca Uticam construit acervos salis ad collum speciem: qui ubi sole lunaq; induruere, nullo humore liquescunt , vixq; etiam ferro cæduntur.* Græcus ignotus , qui tamen Aristoteles vulgo creditur, ē *gavuacōis* testatur , ex eo signa atque vasa confieri, nec in terrâ solidum esse, sed glutinis maximè lenti similem , in solem verò prolatum solidum fieri & Pario marmori æmulum. Hunc certè salem constare succo lapidescente manifestum est vel ex lentore illo & marmoris duritie. Videtur autem & alii cuvis sali hujusmodi quid inesse. Argumento est quod cum coquitur sal, in aheni fundo nonnihil in lapidem concrescat scabrum plerumque ac arenosum: magis tamen minusvē, prout ejus succi plus minusvē sali est commistum. Est autem minus durus fossili marinus & lacustris nativus : crassiorum tamen partium præ illo qui ex falsis aquis excoquitur. Hic enim plerumque valde mollis est ac tenuis. Tenuissimum est & levissimum candidissimumque id quod favillam ac florem salis nonnulli vocant. Plinius testatur, *fragilem esse qui maximè candidus.* Quod si est verum; candor vel caussa vel effectus vel necessarium fuerit consequens fragilitatis. Esse autem verum , probat experientia. Res autem ita sese habet. Candor omnis ab aëre admisto est.

D

Ergo

Ergò qui sal candidissimus, idem & plurimum habet
aëris: unde necessariò fragilitas oritur.

XXXI. Ea autem quum sit diversitas salium cir-
ca densitatem ac tenuitatem, non est mirum, sales
quoque aliter atque aliter sese habere circa reliquias
patibiles qualitates, quæ ab tenuitate & densitate ma-
gnam partem dependent. Est autem observare, ab
aqua omnem quidem salem solvi; facilius tamen mol-
lem, at difficilius eum qui compactus est ac durus. Ex
compactis ipsis solvitur citius is qui ex falsâ aquâ de-
coquitur: tardius, qui Solis ardoribus sponte coit, si-
ve in lacu sive in maris littore: tardissimè verò omnium
fossilis. Qui ipsi tamen sales non omni ex parte sunt
uniuersitati. Caussa autem quur omnis sal solvatur
aquâ, est concretio isthæc quæ à calore fit. Qui enim
calido succo coëunt, humido solvuntur. Citior au-
tem fit solutio, quando facile in omnes partes insinua-
re se humor potest. Id quod fit, ubi multi sunt mea-
tus. Mollis itaque sal facilimè liquefit ob tenuita-
tem patentibus undique meatibus humorum. Tardissimè
fossilis ob pororum defectum, nimiamque com-
pactionem. Ex quibus constat multum à salis vulga-
ris & genuini naturâ abire Agrigentum. De quo Plinius
scribit, *ignium patientem ex aquâ exilire*. Quum
enim exsiliat sal qui levior est redditus, levior autem
sit qui aut aërem alienum, aut ignem accipit; neces-
sum est calorem & igneum aëreumque quid concipe-
re istum salem ex illâ in aquam projectione. An saliste
bituminis aut naphtæ naturam participat? quod in
aquâ incalescere notum est. Videtur sane tale quid illi
admistum, quoniam & igne solvitur. Quod quidem
non scribit Plinius: Solinus tamen & Antigonus Ca-
rystius narrant. Solinus c. 6. *Salem Agrigentum signi*
junxeris,

*junxeris, dissolvitur uſtione. Cui ſi liquor aquæ proxima-
verit crepitat veluti torreatur.* Antigonus c. 183. ejus
partem ſibi donatam à Siculo quodam ſene ſcribit.

XXXII. Ab igne verò omnis quidem verus ſal induratur: aliquis verò ignem ſentiens crepitat atque exſilit; aliquis non exſilit, crepitat tamen; aliquis de niue neque crepitat neque exſilit. Plinius ita ſcribit: *In igne nec crepitat nec exſilit Tragafæus neq; Acanthius, nec ullius ſpuma aut ramentum, aut tenuis.* Quem locum Claudius Salmasius ſtupendæ induſtriæ vir p. 116. Exerc. Plinian. emendat in hunc modum: *nec ullius ſpuma aut adramenta tenuis.* Videtur tamen leſtio illa ſervanda, quam codices, ipſo fatente, conſirmant. Tum falſa eſt ipſius ratio, idem nempe eſſe ſalis ramentum & ſal tenui. Tenui enim eſt qui mollis aliàs appella tur: ramentum autem ſalis potest non eſſe molle ſed ſpiffum, quale eſt ramentum omne ſalis fossilis. Verum porrò eſt, & ramentum nullum exſilire etiam ſpiffi ſaliſ, & nullum ſalem mollem exſilire. Cujus cauſam non diſſicile eſt reddere, ſi obſervetur ante, *cur ſal igni ingestus percrepet?* quam quæſitionem ſolvit hiſ verbis Aristoteles ſeſt. II. problem. 26. *An quod ſal humidum continent non multū, quod à calore in flatuſ verſum & vio lento exſiliens impetu ſcindit ſalem. Omne autem quod ſcinditur obſtrepit?* Aliter ſolvit problema Gomesius in eruditissimis de ſale commentariis. Sed reſponsio Ariſtotelis quæſito ſatisfacit. Repetitur autem eodem pro bleſ. 42. & 43. ejusdem ſectionis: Spuma itaque ſalis qua nihil eſt mollius, imo omnis tenuis ſal atque omne ramentum primò parum habet humoris, qui que adeò facile conſumitur antequam in flatuſ abeat; deinde facile exitum præbet exſpiranti humoris, ne ſciſſione ſit opus. *Tragafæus vero & Acanthius ſal forte*

omni supervacuo caruerunt humore qui in flatum potuerit resolvi. Hac sanè de causâ & Indus noster credendus est non crepitare, ut & Calabrinus ille gemmeus: etsi uterque spissus sit ac solidus. Exsilit igitur sal simulque crepat is, qui cùm humorem habeat in flatus resolutum, non facilè tamen dissilit: qualis serè est spissior, quanquam non omnis. Crepat & non exsilit, qui humore constat flatulento & substantiâ facilè ruptili. Non crepat nec exsilit, qui aut nihil habet flatulenti, aut si habet, facilè illum emitit c̄tra rupturam. Quo patet quoque responsio ad problemata illa duo ultima Aristotelica.

XXXIII. Ista verò quum sit natura salis, ut in ignem coniectus ita strepat ac dissiliat, non mirum est, figulinam fornacem olim Romæ injectu salis cum omnibus vasis ruptam atque incendio conflagrâsse. Quod religioni originem ibi dedisse scribit Sextus Pompejus, ut salinum cum sale in mensâ non ponere profanum sit habitum. Non aliunde verò quam ab hâc caußâ est, quod in caminum superiore parte inflanimatum coniectus sal incendium arceat. Scilicet dissiliens sal huc illuc flamمام disjicit, simulque adhærentem lateribus fuliginem solvit, quæ subito corrueens & flamمام ipsam extinguit, & fomitem ignis tollit è medio. Efficit autem idem ex parte & suppositus sal: vaporibus falsis sursum elatis. Ubi notanda differentia inter ictum quem nitrum, & illum quem aurum sulminans, & illum quem sal facit. Nitri enim ictus sursum sit auri deorsum: salis ad latera potissimum. Cujus ratio alibi expedienda est.

XXXIV. Ad qualitates tactiles activas salis progrediendum est, relictis passivis ac patibilibus. Cum autem duplex sit qualitas tactilis simplex agendi vi

præ-

prædita, calor ac frigus; calorem prædominari in sale,
& gustus & effectus, & tota denique ejus natura de-
monstrat. Omnis scilicet sapor salsus idem & calidus
est. Quæ item calore concrescunt, ignis prædominio
constant. Similiter & quæ exsiccant humorem tenuem
aut crassum colliquant. Quæ omnia in sale licet de-
prehendere. Hinc rectè Plinius *l. 31. c. 9.* *Salis natura est*
per se ignea. Quod autem addit: *Etimica ignibus fugiens*
eos: ad crepitum ejus pertinet. Quum autem tam ma-
gna sit salium differentia, facile quoque patet, non
eandem in sale caloris esse naturam. Primum enim quod
sal ab humore magis est liberum, non potest non & ca-
lidius esse. Eâ de causâ & sal ustum fortius sale crudo.
Quod & Dioscorides observavit: non de sale tantum,
sed etiam de vini fæce, nitro, calce & consimilibus ustis,
l. 1. c. 119. καί μέλα γό, inquiens, τὸ δύραμον λυπτακόνης γί-
νεῖ. Observavit autem etiam & docuit idem non semel
opere aureo *desimplicibus medicamentorum facultatibus*
Galenus. Calidior porrò sal ille qui ad amaritatem at-
que acrimoniam magis accedit. Majorem enim hic
ustionem est passus.

XXXV. At si omnis sal calidus est, ergo idem
per se profecto & calefacit. Per se, inquam: Nihil
enim prohibet quin per accidens tamen possit refrige-
rare. Quippe cum & ignis ipse per accidens refrigeret,
extinguendo calorem innatum. Vulgo additur; o-
mnem quoque salem siccare. Error tamen est. Namque
interdum & sal humectat, colliquando concretos hu-
mores. Quâ virtute profecto stimulum addit purgan-
tibus & dysenteriam potest excitare, ut post docebi-
mus. Alibi ergo exsiccat sal; alibi colliquat. Limus ut
durescit, & liqueficit cera uno eodemque igni. An verò
& ignem seu calorem per se attrahit ceu homoge-
neum?

Neum? Sanè sentiunt ita nonnulli, eò quòd in furnis
lapides quibus pavimentum sternitur, si salem ha-
beant suppositum, diutius ferant ignis vim, nec tam
facile absumentur. Cæterùm ejus rei aliam reddit
caussam vir doctissimus Lud. Septalius commentario
in problem. 26. sect. II. Nempe salem attrahere in se
humorem, ignem itaque in salem potius ferri quām
in pavimentum tanquam in obſistentem hostem. Vi-
dentur autem & illi & hic errare. Cauffa enim verior
eventi procul dubio est, quòd sal pavimento substratus
omnem humiditatem absumat, quā alioquin in pavi-
mentum fese insinuante & minus bene calefit pavi-
mentum & facile dissilit. Certè Septalii responsio vix
intelligi potest, niſi salem credas consilio & intelli-
gentiā duci. Prior autem sententia eo refellitur, ut
& Septalius, quòd siquidem ita fese res habeat, tum sa-
le substrato minus calesceret pavimentum. Quod ta-
men repugnat experientiæ.

XXXVI. Porrò sali alias facultates præter sensi-
biles inesse, nemo temerè probaverit. Itaque nec da-
tur occultum aliquid quo ejus substantia completur,
quod Latina philosophantium schola vult: sed ejus es-
sentia constituitur congerie omnium facultatum &
qualitatum sensibilium, quæ à sale abesse non pos-
sunt. Quomodo de formâ substanciali corporum na-
turalium soliti sunt Græci Peripatetici philosophari,
in eo Aristotelem magistrum sequuti. Quo simul
patet, quām inanis sit labor chymicorum, qui nescio
quam quintam essentiam salis efficere conantur,
quām turpis quoque jactantia eorum qui hujusmodi
quid vendere non dubitant.

XXXVII. Majori verò similitudine fortè ab iis
afferitur, sales qui ex plantarum sive cineribus sive suc-
cis

cis conficiuntur, præditas esse suarum plantarum vi-
ribus. Nam absinthii salem absinthii, arthemisiæ
eiusdem herbæ naturam retinere. Quæ assertio est
Quercetani, Crollii, Penoti, Rulandi & Matthiæ Un-
zeri. Inprimis autem probabilem reddidit hanc sen-
tentiam Quercetanus *responsione ad anonym.* narrans
Polonum quendam ex cineribus plantarum umbrati-
les figuras variarum plantarum excitâsse, admirabili ar-
tificio. Verum enim verò id quidem certum est, non
omnibus plantarum quarumcunque salibus eandem
prorsus acrimoniam & subtilitatem esse: omnes ta-
men promiscuè convenire in calidâ illâ salis naturâ,
tâm verum est quàm quod verissimum. Deinde si id
omne possunt sales plantarum, quod ipsæ plantæ; er-
gò nulla vis plantarum fuit in eâ substantiâ quæ com-
bustione periit. Quo nihil est absurdius. Nisi absurdius
dixeris esse, quod dicit Quercetanus, post combustio-
nem illam plantarum superesse in cineribus humo-
rem earum nativum. Porrò id si verum est, quur er-
gò non utuntur illi inepti semper salibus plantarum?
quum tamen nullum fingi possit commodius medica-
mentum. Quod rectè objicit Angelus Sala, is qui u-
nus inter chymicos desiit mentiri. Nec verò quid-
quam juvat Quercetani historia illa. Aut enim decipit
nos Quercetanus: quod illi sanè non est infrequens.
Aut verò ipse delusus fuit præstigiis Sendivogii. Is e-
nim est ille Polonus: homo magicis artibus, more Pa-
racelsicæ scholæ, deditissimus. Frustra certè pro veri-
tate narrationis depugnat Sennertus *l. de consensu chym.*
nec quicquam pro eo facit historiola natæ in aquis
plantæ, quam habet Libavius *Syntagma arcana Chymicorum.*
L. I. c. 22. ut aliàs ostendetur uberioris.

XXXIX. Quæ itaque sit natura salis, ex his con-
stat,

stat. Est autem sal propter hanc naturam suam in plurimos usus humanæ vitæ adsumptus. Quos enumera-re & longum nimis foret & à meo instituto alienum. Quoniam autem usus illi sunt pervarii, bonitas verò salis ex usu spectanda est; facile liquet graviter pecca-re illos, qui unum aliquem cibo forte utilissimum sim-pliciter pro optimo habent, aliisque præferunt. At verò res docet, qui cibo est laudatissimus, illum medicinæ non æquè utilem esse. Imò nec eundem salem ad quævis mala medicinam expetere. Quanto rectius & prudentius Plinius? ad medicos usus scribit lauda-ri maximè Tarentinum: jumentorum oculis Traga-sæum & Bæticum: ad cibum & obsonium utiliorem esse quisquis facile liquefcit: ut alia nunc omittam. Cæ-rerùm qualis sal ad hunc illumve usum postuletur, non est meum nunc exponere. Quanquam alias facile ex-positu sit, rectè à Plinio ex. gr. dictum esse: *ad obsonium cibum utilior quisquis facile liquefcit, item humidior: minorem enim amaritudinem habent, ut Atticus & Euboicus: servandis carnibus aptior acer & siccus, ut Megaricus.* Patet quippe sententiæ ratio. Nam qui in obsonium quæritur, debet subito aut insipidam linguæ pituitam emendare, aut corrigere satuitatem ciborum, eoque eos condire, quo edendi bibendiique aviditas irritetur. Facit autem hoc, qui facile liquefcens facile suas vires exserit. Non amarus tamen est & ostendit linguam, sed potius pungit. Quibus viribus si & candor accedat, adhuc laudabilior sal est, etiam oculis probantibus, quod deleat gustum. Qualibus dotibus pro Attico & Euboico Germanis nobis est Luneburgicus & Hal-lensis. Ast carnibus servandis sive piscium sive ani-mantium reliquorum, præstat sal siccior, durior & acris: utpote quoniam non melius possit putredo co-hiberi,

hiberi, quām superfluo humore absūnpto: Hic autem absūmatur maximē sale illo qui valdē salsus non nihil astringit salita, nec præduritie citò consumitur.

XXXIX. Sed, ut antè diximus, non est nostri instituti de omni salis usu differere. De eo quem medicinæ confert, non nihil addendum. Principio autem foris usurpatus quid possit, sal, videamus. Quum verò omnis sal calidus sit, apparet omnem quoque salem posse obire munus caloris externi, adeoque id posse, quod calor siccus aliquis, et si non omnis præstare potest corpori. Quae autem sit vis caloris, aliàs explicatur. Unde porrò & hoc patet, quòd sal aliquis est naturā calidior & siccior, ed illum promptius posse caloris vices obire. Constat autem experientiā, ad multa valere salem externè adhibitum: nec difficile ostensu est, calore salis isthæc omnia effici. Dioscorides generatim: *salis natura in communi est ad multa per quam utilis, adstringens, abstergens, repurgans, dissolvens, dissipansq; ac insuper reprimens, extenuans, & crustas inducens.* Plinius quoque: *salis natura est per se ignea & initia ignibus, fugiens eos, omnia erodens. Corpora verò astringens, siccans, alligans: defuncta etiam à putrescendo vendicans, ut durent per secula. In medendo verò mordens adurens, repurgans, extenuans, dissolvens.* Idem docet & Galenus. Esse autem caloris abstergere repurgare, siccare, extenuare, mordere, crustas inducere, nemo potest dubitare. Sed & astringit & alligat calore sal. Dum enim validē exsiccat, humoremq; absumit, partes terrestres constringuntur coalescuntq;.

XL. Sed speciatim magis de usu externo naturaque salis est dicendum. Sequemur autem nunc Di-
oscoridis præcipuè ductum. *Dioscoride itaque teste*

ulceraputrescentia cohibet & smegmatis pforas abstergentibus commiscetur. Plinius: *Multi ulceribus excrescentibus vel putrescentibus imposuere.* Exsiccat nimirum ulcera, & quod saniosum quodq; excrevit, corrodit. Unde putre cohibetur & tollitur supervacuum. Exsiccat sanè & terra, sed minus longè: minus enim calet, nec ob partium crassitiem sese ita insinuat ut sal. *Excrescentia* (pergit Dioscorides) *in oculis reprimunt, pterygia consumunt, cæterasq; carnis extuberationes tollunt.* Idem scribit Plinius, addens, *ad hæc probari Tattæum aut Cauniten.* Fit autenī & hoc eadem virtute. Minus tamen acris sal adhibendus oculis, qualis fuit indubie Tattæus, ne oculi nimiā acrimoniā offendantur. *Lassitudines etiam discutiunt ex oleo illita,* inquit Dioscorides. Plinius: *fatigatos ex oleo juvat.* Oritur nempe lassitudo ab humoribus excrementitiis refrigeratis, qui aut in articulis aut circa musculos delitescunt. Quod jam olim dñe traditum est ab Aristotele *sect. 5. problem.* & Theophrasto libro de *lassitudinibus.* Athunc humorem cum oleo illitus sal concoquere potest aut discutere, membris insuper iterum calefactis. *Contra hydropicorum œdemata auxiliantur,* pergit Dioscorides. Plinius scribit: *Multi & hydropicos sale cura vere.* Vaide quoque hydro picis fomenta ex sale torrefacto commendat Alexander Trallianus & alii. Discutit scilicet sal & exsiccat. Eodem modo & dolores salia facculis indita fotu mitigant, quod scribit Dioscorides. Perinde autem est sive coli, sive coxarum, sive nervorum sint dolores, quod Plinius prodidit. Observandum tamen est, non in omnibus doloribus promiscue valere salem, sed potius iis, qui ex humore aut flatulento aut tenui frigido oriuntur. Huc pertinent verd & podagrī dolores

dolores. Testatur autem Dioscorides, *Prodagricis ad-
biberi Saurium doloribus cum aceto.* Plinius: *Podagra
cum farinâ ex melle & oleo tritus sanat, ibi maximè obser-
vandâ usurpatione, quâ quidam totis corporibus nihil esse
melius sale & sole dicunt.* Itaque cornea videmus corpora
Piscatorum: Sed hoc præcipuum dicatur in Podagris. Lau-
dant autem ad arthriticos dolores tumoresque salem
plæriique porrò medici, veteres, recentiores. Ratio au-
tem prorsus est plana. Validè enim exsiccat corpus sal
discutitque humores. Itaque cornea redduntur quasi
piscatorum, qui in aquis falsis commorantur, corpora,
nec doloribus articulorum obnoxia sunt. Magis au-
tem exsiccat sal, si aceto aut melli jungatur. Nunc qui-
dam podagrivos pedes immergunt aquæ falsæ: non si-
ne effectu quidem, minore tamen auxilio. Aqua
enim debilitat vim salis, acetum & mel auget. Scribit
porrò Dioscorides: *Pruritus sedant ex oleo & aceto infri-
cata ad ignem, dum sudor provocetur.* Id de morbo regio
prurientibus tantum videtur accepisse Plinius. Reve-
ra autem in omni prurigine & omni scabie valet sal ex
oleo inunctum illo modo, si quidquam aliud. Sudore
quippe excitato ad summa cutis cùm bilis tûm falsa pi-
tuita, unde pruritus excitatur, protruditur. Quam
mox absorbet sal. Quæ curandæ scabiei & pruriginis
ratio longè præstat illâ, quæ per lithargyrium, aut mer-
curium, aut plumbum, aut cerussam instituitur. Ita
quoque sal lichenas, psoras ac lepras curat, quod scri-
bunt Dioscorides ac Plinius, non aliter. Ita Furuncu-
los discutit.

XLI. Quin nec anginas aliter levat. Addi au-
tem solitum est mel, oleum, & acetum, Dioscoride ac
Plinio testibus, quod sit yis valentior. Tonsillarum au-

tem vitiis uvæque medetur tostum sal, solâ item exsiccatione humorum, quo solent madere atque intumesce. Ad aptas verò crematum potius salem laudavit antiquitas, quām tostum: quod hæ majorem requirant citioremque exsiccationem: quā vi præ tosto valet crematus. Porro etiam ad ictus morsusque venenatos omni ævo commendatus est salis impositi usus. Dioscorides sanè & Plinius laudent ad ictus scorponum, ad morsus viperarum, serpentum, scolopendræ: contra cerasten, adversus vesperam ictus & tenthredinum. Auxiliari quoque crocodilorum morsibus & virulentarum bestiarum. Aëtius disertè morsibus canum rabidorum prodesse scribit; quem sequitur eâ in parte Constantinus Africanus, Vitalis à Furno, alii. Credunt autem permulti occultâ quadam id effici facultate, quæ differat à temperamento. Verum enimvero cum veneni curatio potissimum consistat in expulsione extra corpus; Sal autem id quod circa summâ hæret, extrahat ac discutiat; facile apparet, non esse necessum ut à temperie salis ad occultam vim fupiamus. Vedit autem hoc ipsum & Aëtius. Scribit enim, Emplastra ex sale parata venenatum humorem in morsibus ex dentibus relictum expurgare. Pari ve-ro ratione sal emplâstri modo cum fermento acri im-positus bubonibus pestilentibus auxiliatur. Valet quoque eadem de causâ mirificè ad ambusta. Extrahitur enim empyreuma: in cuius extractione præcipua laus ambusta sanandi est collocata. Prorsus eodem modo gangrænam inhibet sal ex consilio Aëtii & Æginetæ. Est enim in gangrænâ humor quasi venenatus, calor nativus putredine ferè emortuus. Exsiccatur autem sal & absorbet humorum istum. Non aliâ de cauſâ.

causâ sal porro febriles æstus imminuit. Soliti autem sunt veteres fervores febrium cum oleo & sale perungere: ut ex Plinio constat. Nunc cum rutâ aut raphano contuso plantis pedum plærumque admovent. Quo validè humor fervens à capite sevocatur. Discutit scilicet fortiter sal omnes acres fervidosque vapores: unde calor mitigatur. Quâ causâ quoque crapulae vitiis medetur, quod Simeon Sethi prodit. Crapula enim effervescentiâ quadam humorum lædit, uti præclarè docetur *sed. 3. problem.* Lac quoque in mammis coërcet sal exsiccando & discutiendo, non minus quam ruta. Mitto alias usus salis. Uno enim verbo, externè sal valet ad omnes affectus, qui discussionem & exsiccationem postulant.

XLII. Minus vero valet sal intus in corpore usurpatus. Propter enim acrimoniam & calorem facile lædit interanea, nisi inveniat multum pituitosæ materiæ. Itaque rectè Plinius *stomacho inutilem* scribit, *præterquam ad excitandam aviditatem.* Hanc autem excitat removendo pituitam. Quâ de causâ Apollonium Herophili discipulum ferunt eos, qui malè nutriuntur sale pavisse: quasi in iis laboret pituitâ ventriculus. Quod tamen non semper est verum. Pellit autem sal in vino potus & lumbricos, colliquando itidem pituitam, cui plærumque immisti sunt, eosque occidendo siccitate suâ & calore. *Emollit & alvum in vino mixtus*, ait Plinius. Testatur vero & Georg. Agricola, salem Sarmaticum nigrum drachmæ pondere ex vino potum alvum dejicere. Non usurpandum vero temerè, nisi laborante alvo pituitæ copiâ. Hanc enim colliquando prodest. Quam nisi invenit, excitare dysenteriam potest, corrosis intestinis. Ad Venerum.

reum vero appetitum excitandum laudatur in primis
sal. Cujus caussa itidem non est alia, quam quod ab-
sumat frigidos humores, qui appetitum coëundi mo-
rabantur. Fœcundas quoque mulieres reddit ab-
sumptione frigidorum uteri humorum, qui plerumq;
conceptum solent impedire. An autem verum sit, mu-
res salis linctu concipere nec ne; non est hujus instituti
discipere. Fortè enim aliquod murium genus & sine
coitu maris progignitur. Quomodo referunt in Persis
repertas fœtas mures adhuc in matris alvo lateſcentes.
Sed de usu Salis interno etiam hæc sufficiant.

XLI. Quemadmodum autem illi, qui & salis
vim, & morborum naturam, & medendi leges novit,
haud difficile est perspectu, quid sal quovis in affectu
& quare valeat: ita eidem non difficile fuerit salem à
sale in medendi usum discernere, quidq; quilibet, qui
ad manum est sal, possit præstare, internoscere. Ne-
que vero ad illos sales semper est respiciendum docto
medico, quos Græcorum aut Latinorum aut Arabum
medicorum auctoritas commendavit; quum fortè do-
mi habeamus æquè nobiles sales, etsi minus cognitos.
Est autem nobis id eo magis enitendum, quo veteri-
bus ita commodati sales hodie sunt rariores, si modo
ulli exstant. Sanè qui Dioscoridi laudantur, præ aliis
Ammoniacus & Tattæus, nec non qui Plinio est præ-
cipuus, Tarentinus & Hispаниcus, Tragafæus item Ga-
leni, hodiè ignorantur officinis medicis.

XLIV. Qui Arabes sunt secuti medici ab anno
millesimo ducentesimo, illi operam tamen dederunt,
quo ad manum haberent eos sales, quos Mesues cum-
primis laudavit, l.2. de purg. c.16. Commemorat autem
ille salis species quatuor: salem panis, salem gemmæ,
salem

salem naphticum & salem Indum. Est autem illi sal panis, quo ad condienda obsonia utimur. Sal gemmæ, is qui fossitius est ac pellucet. Sal naphticus, qui bitumen admistum olet. De sale Indo dubitatum est à recentioribus, qui illo nomine signari saccharum sunt arbitrati: quos tamen præter omnium officinarum communem dissensum vel illud solum erroris convinxit, quod Mesues scribat, amarum illum esse: & atrabilios pituitososque succos valenter ejicere. Quæ natura procul à saccharo abest. Quæ verò in officinis vulgò ostenduntur pro sale Indo glebulæ metæ formâ in albo nigrantes, sintne genuini Indici sales Mesuei, non temerè dixerim. Minus certè valent. Videtur autem sine causa nos ex Indiâ exspectare, quum vicina Sarmatia præbere copiosè possit suum nigrum salem fossilem, qui Indum si non superat, certè æquat.

XLV. Porrò quò ad medendum sit utilior sal, veteres nunc tostionem nunc ustionem adhibuerunt. Urendi quoque modum narrat Dioscorides. At nostri chymici longè aliter cœperunt salem tractare. Princípio enim longe illi validius urunt salem quam veteres sunt soliti. Deinde ustum ita salem in lapillos faciunt congelascere. Tertio & liquorem hinc parant, quem spiritum salis nuncupant. Quæ veteribus ignota sunt. Sed de eorum præparandi isthac ratione, ut & quid possint ac valeant ita parata, non est nunc nostri consilii differere. Sicuti nunc neque eorum quæ ad salem retulerunt veteres, gari, muriæ, halosanthi, quem nunc perperam nonnulli autumant id esse, quod sperma ceti non minus malè appellatur; quum accurate id fieri tempus prohibeat, vel verbo attingemus.

Præter opinionem excrevit sub manu doctrina
de Sale. Quapropter cogimur Nitri Aluminisque ac-
curatiorem considerationem nunc inviti in aliud tem-
pus differre. Interim vero ne desit ansa &c de his
disputandi, placet paucet paucis thesibus eorum na-
turam attingere.

I.

Nitrum & Litrum Græcis veteribus idem significat:
ut rectè contra Janum Cornarium docet Fuchsius.

II.

Nitro veterum officinæ vulgò nunc destituuntur.

III.

Nec quod vulgò nitrum nunc dicitur seu salpetræ,
potes t rectè substitui in locum nitri aut aphronitri aut
spumæ nitri veterum.

IV.

*Baurach Africum ineptè dicitur Serapioni & Avi-
cennæ, quod est aphronitrum Græcorum.*

V.

Salpetra calidæ est naturæ: refrigerat tamen calorem
omnem in tenui substantiâ consistentem, suffocando.

VI.

*Non aliâ de causâ & potum refrigerat: et si multi
sentiant aliter.*

VII.

*Nitrum esse inflammabile, perperam negat Senner-
tus pag. 409. de constitutione chymicæ.*

VIII.

*Alumen eodem modo ac vitriolum nascitur ex sul-
phure combusto. Differt tamen concrescendi modo: quod-
que alumen plerumq; lapideum quid, chalcanthum autem
as vel ferrum comprehendat.*



55

+ 4/4

for clavis
L. B. 376